DE

CATULLI IN VOCABULIS COLLOCANDIS ARTE
QUAESTIONES SELECTAE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

GRYPHICA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVIII. M. DECEMBRIS MDCCCLXXV. H. XI.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

RICHARDUS FISCH

POMERANUS.

ADVERSARIORUM MUNERE FUNGENTUR:

OTTO OHRLOFF, DR. PHIL.
ERNST BOMBE, SEM. REG. PHILOL. SEN.
WALDEMAR BURKHARDT, STUD. PHIL.

BEROLINI, MDCCCLXXV.

Veteres Graecorum Latinorumque scriptores in verborum collocatione quibusnam artificiis usi sint jam pridem a viris doctis quaesitum est. nam non illos tantum ordines, qui, quum natura duce oriantur, omnibus in linguis usitatissimi sunt, adhiberi videmus, sed alia quoque collocationis genera persaepe inveniuntur, in quibus non dubium est quin scriptor studium naturalis verborum seriei vitandae secutus sit. quod maxime a poetis factum esse consentaneum est, quippe qui quum multis aliis rebus, commoti, inter quas afflatum quasi divinum, qui in dicendi scribendique arte non parvi momenti est, commemoro, tum vinculo, quod in metris est situm, coacti maxime facillimeque naturalem verborum ordinem, qualis ex naturae legibus ultro sese offert, serie artificiosa mutare possint. atque ex latinis poetis Catullum praecipue, ex quo studia mea ad lepidum hujus poetae libellum conferre coepi, in verborum collocatione certas normas artificiosas adhibuisse quum intellexisse mihi viderer, hanc rem dignam esse putavi, de qua adcuratius quaestio institueretur. quo in negotio initium faciendum esse censui

1*

ex illis exemplis, quibus manifestum fiat, quanam vocabulorum collocandorum arte poeta Veronensis usus sit, si eodem in versiculo binis substantivis, quae inter sese non respondent, singula attributa conjunguntur. tali enim condicione quattuor has notiones manifestum est sedes posse occupare rationibus diversissimis. qua in re quamquam poetas maxima elegantia et venustate usos esse jam pridem intellectum est, tamen semel tantum et aliqua ex parte de hoc collocationis verborum genere longius disputatum esse video a Gualthero Gebhardio, qui scripsit de nexus artificiosi substantivorum et attributorum in hexametris elegiacis Tibulli, Properti, Ovidi usu ac ratione, Regimonti Pr. MDCCCLXX. quod quum ita sese habeat, reliquas quaestiones, quae ad artem in collocandis vocabulis Catullianam pertinent, aliis, qui de hac re sibi inquirendum esse existimabunt, permittentes hanc unam paullo adcuratius persequamur, ut disputemus de eis versibus, qui in Catulli carminibus praebent bina substantiva cum singulis attributis conjuncta.

Qua in re primum quidem non praetermittendum est, cujus modi sint versiculi, quibus usus quattuor vocabula illa, quam diximus, condicione poeta noster connectere voluerit, sed distinguenda esse censeo metrorum genera. neque de omnibus metris adcuratius loquemur, sed dicemus de versibus tantum hexametris et dactylicis et elegiacis. quod ad reliquos attinet, exempla, quae in illis extant, attulisse satis duxi. priusquam autem rem ipsam adgrediamur, dicendum esse existimo, quo modo de re proposita disputare velim. breviloquentiae enim causa substantiva et attributa litteris ita significabo, ut prius substantivum littera A, attributum prius littera a, alterum substantivum B, attributum alterum b signetur. qua venia concessa facile intellegis duodecim figurarum schemata effici posse. quorum

duo genera distinguenda sunt. alterum enim praebet has quattuor figuras, ut ita dicam, naturales:

1. A a B b.
2. A a b B.
3. a A B b.
4. a A b B.

de quibus pauca tantum dicenda essent, nisi saepissime non sine studio consilioque vitarentur. itaque nobis quaerendum est quid inter singulas has figuras naturales intersit. a quibus progressi atque numerum versuum et illorum, in quibus inveniuntur, et eorum, in quibus, quamvis adhiberi potuerint, repudiatae sunt, respicientes intellegere possumus quam late pateat studium illud, quocum alterum genus captetur. cujus octo figurae artificiosae oriri possunt. sunt vero hae:

5. A B a b.
6. A B b a.
7. A b a B.
8. A b B a.
9. a B A b.
10. a B b A.
11. a b B A.
12. a b A B.

has octo figuras videbimus Catullum non pari studio captasse, sed hac rarius, illa saepius usum esse. qua in re etsi ut infra demonstrabimus, multis variisque rebus haud exiguum momentum tribuendum est, nihilo minus electio quaedam est statuenda, quam videmus poetam norma severissima adhibita secutum esse. quam ut electionem cognoscamus, nobis in omni artificiosae alicujus figurae exemplo examinandum erit, num aliam quoque normam artificiosam poeta sequi potuerit sive iisdem vocabulis sive verbis paullo im-

mutatis. quibus omnibus fieri manifestum est, ut quaestio haec, quae de figuris artificiosis, instituitur, sit disputationis nostrae totius particula gravissima. deinde locum caesurae respiciendum esse adparet. qua in re si signum lineae perpendicularis adhiberi conceditur, figurae nostrae augentur. efficiuntur enim illa de causa ter duodecim. nam id unum videtur praemonendum esse hoc loco, etsi fieri potest, ut duo et substantiva et attributa in altero hemistichio coacerventur, alteri nihil nisi verbum, particulae, alia relinquantur, tamen sicut ab omnibus poetis latinis ita a Catullo quoque talem inelegantiam tanto studio vitatam esse videmus, ut ne unum quidem hujus modi exemplum in illius carminibus inveniri possit.

At dixerit fortasse quispiam quum omnem hanc quaestionem tum partem illam, quae spectet ad normas artificiosas, esse supervacuam neque quidquam certi verique hac in re ostendi posse, quum metri causa et vi metrorum coacti collocationes verborum vel naturales vel artificiosas poetae admiserint. audio. nam metrum minime, quod attinet ad verborum seriem, contemnendum esse scio. et maxime quidem hoc valet de pede quinto hexametri dactylici. artificiosum enim verborum ordinem, quamvis serie simpliciore verba ponere potuissent, ea tantum de causa poetas saepissime adhibuisse videmus, ut in pede illo admittatur dactylus, vitetur spondeus. omniaque verborum genera, quae natura sua ad dactylum componendum apta sunt, ad illum hexametri locum libentissime deferuntur. ex quibus generibus commemorandae sunt aliquot formae verborum finitorum, deinde adjectivorum, maxime quod spectat ad nostram quaestionem, substantivorum. quia, ubi talibus formis utitur, rerum natura quasi coactus in quinto hexametri pede poeta eas collocat, quippe quae aptissimae sint ad pedem illum componendum, vides quantum metro in

quaestione nostra tribuendum sit, quantopere hac ratione quattuor figurarum singularum verborum series aliqua ex parte destinetur. non aliter rem sese habere manifestum est in altero versiculi hexametri elegiaci hemistichio. quam late pateat in poetarum latinorum operibus hoc, quod in certarum versuum sedium natura situm est, momentum patet ex eis, quae de tota hac quaestione Antonius Zingerle disputavit in compluribus libellis (Ovid und sein verhaeltniss zu den vorgaengern und gleichzeitigen roemischen dichtern. 1869—1871. zu den spaeteren lateinischen dichtern. 1872.) itaque ut ad Catullum redeamus, minime omittamus, quantum in exemplis, quae infra colligemus, metrorum momento tribuendum sit. attamen non solum haec metri, ut ita dicam, potestas respicienda est, sed accedit etiam studium aliquod poetarum, quod in permultis exemplis demonstari poterit. quod studium exempli causa in hexametro dactylico et ad quintum et ad reliquos pedes pertinet. quid mihi velim exemplis nonnullis adcuratius ostendere liceat. nam si eodem in versiculo complures verborum formae ad dactylum formandum idonea extant, poeta aut hac aut illa in pede quinto uti potuit velut in his duobus versiculis:

LXIV. 321. Talia divino fuderunt carmine fata
LXIV. 7. Caerula verrentes abiegnis aequora palmis

nonne quaeri et potest et debet, qua re factum sit, ut poeta formas, quae sunt „carmine, aequora“ in fine versiculi ponere mallet, quam adjectiva „talia, caerula“? quod si fecisset, in priore versiculo habuisset collocationem naturalem, in altero aliam figuram artificiosam adhibuisset. deinde ut hujus rei momentum, quod ad reliquos pedes pertinet, longius persequamur, qui factum est ut in versiculo hoc:

LXVIII. 151. Ne vestrum scabra tangat rubigene nomen

DE
CATULLI IN VOCABULIS COLLOCANDIS ARTE
QUAESTIONES SELECTAE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

GRYPHICA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVIII. M. DECEMBRIS MDCCCLXXV. H. XI.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

RICHARDUS FISCH

POMERANUS.

ADVERSARIORUM MUNERE FUNGENTUR:

OTTO OHRLOFF, DR. PHIL.
ERNST BOMBE, SEM. REG. PHILOL. SEN.
WALDEMAR BURKHARDT, STUD. PHIL.

BEROLINI, MDCCCLXXV.

Veteres Graecorum Latinorumque scriptores in verborum collocatione quibusnam artificiis usi sint jam pridem a viris doctis quaesitum est. nam non illos tantum ordines, qui, quum natura duce oriantur, omnibus in linguis usitatissimi sunt, adhiberi videmus, sed alia quoque collocationis genera persaepe inveniuntur, in quibus non dubium est quin scriptor studium naturalis verborum seriei vitandae secutus sit. quod maxime a poetis factum esse consentaneum est, quippe qui quum multis aliis rebus, commoti, inter quas afflatum quasi divinum, qui in dicendi scribendique arte non parvi momenti est, commemoro, tum vinculo, quod in metris est situm, coacti maxime facillimeque naturalem verborum ordinem, qualis ex naturae legibus ultro sese offert, serie artificiosa mutare possint. atque ex latinis poetis Catullum praecipue, ex quo studia mea ad lepidum hujus poetae libellum conferre coepi, in verborum collocatione certas normas artificiosas adhibuisse quum intellexisse mihi viderer, hanc rem dignam esse putavi, de qua adcuratius quaestio institueretur. quo in negotio initium faciendum esse censui

ex illis exemplis, quibus manifestum fiat, quanam vocabulorum collocandorum arte poeta Veronensis usus sit, si eodem in versiculo binis substantivis, quae inter sese non respondent, singula attributa conjunguntur. tali enim condicione quattuor has notiones manifestum est sedes posse occupare rationibus diversissimis. qua in re quamquam poetas maxima elegantia et venustate usos esse jam pridem intellectum est, tamen semel tantum et aliqua ex parte de hoc collocationis verborum genere longius disputatum esse video a Gualthero Gebhardio, qui scripsit de nexus artificiosi substantivorum et attributorum in hexametris elegiacis Tibulli, Properti, Ovidi usu ac ratione, Regimonti Pr. MDCCCLXX. quod quum ita sese habeat, reliquas quaestiones, quae ad artem in collocandis vocabulis Catullianam pertinent, aliis, qui de hac re sibi inquirendum esse existimabunt, permittentes hanc unam paullo adcuratius persequamur, ut disputemus de eis versibus, qui in Catulli carminibus praebent bina substantiva cum singulis attributis conjuncta.

Qua in re primum quidem non praetermittendum est, cujus modi sint versiculi, quibus usus quattuor vocabula illa, quam diximus, condicione poeta noster connectere voluerit, sed distinguenda esse censeo metrorum genera. neque de omnibus metris adcuratius loquemur, sed dicemus de versibus tantum hexametris et dactylicis et elegiacis. quod ad reliquos attinet, exempla, quae in illis extant, attulisse satis duxi. priusquam autem rem ipsam adgrediamur, dicendum esse existimo, quo modo de re proposita disputare velim. breviloquentiae enim causa substantiva et attributa litteris ita significabo, ut prius substantivum littera A, attributum prius littera a, alterum substantivum B, attributum alterum b signetur. qua venia concessa facile intellegis duodecim figurarum schemata effici posse. quorum

duo genera distinguenda sunt. alterum enim praebet has quattuor figuras, ut ita dicam, naturales:

1. A a B b.
2. A a b B.
3. a A B b.
4. a A b B.

de quibus pauca tantum dicenda essent, nisi saepissime non sine studio consilioque vitarentur. itaque nobis quaerendum est quid inter singulas has figuras naturales intersit. a quibus progressi atque numerum versuum et illorum, in quibus inveniuntur, et eorum, in quibus, quamvis adhiberi potuerint, repudiatae sunt, respicientes intellegere possumus quam late pateat studium illud, quocum alterum genus captetur. cujus octo figurae artificiosae oriri possunt. sunt vero hae:

5. A B a b.
6. A B b a.
7. A b a B.
8. A b B a.
9. a B A b.
10. a B b A.
11. a b B A.
12. a b A B.

has octo figuras videbimus Catullum non pari studio captasse, sed hac rarius, illa saepius usum esse. qua in re etsi ut infra demonstrabimus, multis variisque rebus haud exiguum momentum tribuendum est, nihilo minus electio quaedam est statuenda, quam videmus poetam norma severissima adhibita secutum esse. quam ut electionem cognoscamus, nobis in omni artificiosae alicujus figurae exemplo examinandum erit, num aliam quoque normam artificiosam poeta sequi potuerit sive iisdem vocabulis sive verbis paullo im-

mutatis. quibus omnibus fieri manifestum est, ut quaestio haec, quae de figuris artificiosis, instituitur, sit disputationis nostrae totius particula gravissima. deinde locum caesurae respiciendum esse adparet. qua in re si signum lineae perpendicularis adhiberi conceditur, figurae nostrae augentur. efficiuntur enim illa de causa ter duodecim. nam id unum videtur praemonendum esse hoc loco, etsi fieri potest, ut duo et substantiva et attributa in altero hemistichio coacerventur, alteri nihil nisi verbum, particulae, alia relinquantur, tamen sicut ab omnibus poetis latinis ita a Catullo quoque talem inelegantiam tanto studio vitatam esse videmus, ut ne unum quidem hujus modi exemplum in illius carminibus inveniri possit.

At dixerit fortasse quispiam quum omnem hanc quaestionem tum partem illam, quae spectet ad normas artificiosas, esse supervacuam neque quidquam certi verique hac in re ostendi posse, quum metri causa et vi metrorum coacti collocationes verborum vel naturales vel artificiosas poetae admiserint. audio. nam metrum minime, quod attinet ad verborum seriem, contemnendum esse scio. et maxime quidem hoc valet de pede quinto hexametri dactylici. artificiosum enim verborum ordinem, quamvis serie simpliciore verba ponere potuissent, ea tantum de causa poetas saepissime adhibuisse videmus, ut in pede illo admittatur dactylus, vitetur spondeus. omniaque verborum genera, quae natura sua ad dactylum componendum apta sunt, ad illum hexametri locum libentissime deferuntur. ex quibus generibus commemorandae sunt aliquot formae verborum finitorum, deinde adjectivorum, maxime quod spectat ad nostram quaestionem, substantivorum. quia, ubi talibus formis utitur, rerum natura quasi coactus in quinto hexametri pede poeta eas collocat, quippe quae aptissimae sint ad pedem illum componendum, vides quantum metro in

quaestione nostra tribuendum sit, quantopere hac ratione quattuor figurarum singularum verborum series aliqua ex parte destinetur. non aliter rem sese habere manifestum est in altero versiculi hexametri elegiaci hemistichio. quam late pateat in poetarum latinorum operibus hoc, quod in certarum versuum sedium natura situm est, momentum patet ex eis, quae de tota hac quaestione Antonius Zingerle disputavit in compluribus libellis (Ovid und sein verhaeltniss zu den vorgaengern und gleichzeitigen roemischen dichtern. 1869—1871. zu den spaeteren lateinischen dichtern. 1872.) itaque ut ad Catullum redeamus, minime omittamus, quantum in exemplis, quae infra colligemus, metrorum momento tribuendum sit. attamen non solum haec metri, ut ita dicam, potestas respicienda est, sed accedit etiam studium aliquod poetarum, quod in permultis exemplis demonstari poterit. quod studium exempli causa in hexametro dactylico et ad quintum et ad reliquos pedes pertinet. quid mihi velim exemplis nonnullis adcuratius ostendere liceat. nam si eodem in versiculo complures verborum formae ad dactylum formandum idonea extant, poeta aut hac aut illa in pede quinto uti potuit velut in his duobus versiculis:

LXIV. 321. Talia divino fuderunt carmine fata
LXIV. 7. Caerula verrentes abiegnis aequora palmis

nonne quaeri et potest et debet, qua re factum sit, ut poeta formas, quae sunt „carmine, aequora“ in fine versiculi ponere mallet, quam adjectiva „talia, caerula“? quod si fecisset, in priore versiculo habuisset collocationem naturalem, in altero aliam figuram artificiosam adhibuisset. deinde ut hujus rei momentum, quod ad reliquos pedes pertinet, longius persequamur, qui factum est ut in versiculo hoc:

LXVIII. 151. Ne vestrum scabra tangat rubigene nomen

DE CATULLI IN VOCABULIS COLLOCANDIS ARTE QUAESTIONES SELECTAE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
GRYPHICA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

DIE XXVIII. M. DECEMBRIS MDCCCLXXV. H. XI.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

RICHARDUS FISCH

POMERANUS.

ADVERSARIORUM MUNERE FUNGENTUR:

OTTO OHRLOFF, DR. PHIL.
ERNST BOMBE, SEM. REG. PHILOL. SEN.
WALDEMAR BURKHARDT, STUD. PHIL.

BEROLINI, MDCCCLXXV.

Veteres Graecorum Latinorumque scriptores in verborum collocatione quibusnam artificiis usi sint jam pridem a viris doctis quaesitum est. nam non illos tantum ordines, qui, quum natura duce oriantur, omnibus in linguis usitatissimi sunt, adhiberi videmus, sed alia quoque collocationis genera persaepe inveniuntur, in quibus non dubium est quin scriptor studium naturalis verborum seriei vitandae secutus sit. quod maxime a poetis factum esse consentaneum est, quippe qui quum multis aliis rebus, commoti, inter quas afflatum quasi divinum, qui in dicendi scribendique arte non parvi momenti est, commemoro, tum vinculo, quod in metris est situm, coacti maxime facillimeque naturalem verborum ordinem, qualis ex naturae legibus ultro sese offert, serie artificiosa mutare possint. atque ex latinis poetis Catullum praecipue, ex quo studia mea ad lepidum hujus poetae libellum conferre coepi, in verborum collocatione certas normas artificiosas adhibuisse quum intellexisse mihi viderer, hanc rem dignam esse putavi, de qua adcuratius quaestio institueretur. quo in negotio initium faciendum esse censui

ex illis exemplis, quibus manifestum fiat, quanam vocabulorum collocandorum arte poeta Veronensis usus sit, si eodem in versiculo binis substantivis, quae inter sese non respondent, singula attributa conjunguntur. tali enim condicione quattuor has notiones manifestum est sedes posse occupare rationibus diversissimis. qua in re quamquam poetas maxima elegantia et venustate usos esse jam pridem intellectum est, tamen semel tantum et aliqua ex parte de hoc collocationis verborum genere longius disputatum esse video a Gualthero Gebhardio, qui scripsit de nexus artificiosi substantivorum et attributorum in hexametris elegiacis Tibulli, Properti, Ovidi usu ac ratione, Regimonti Pr. MDCCCLXX. quod quum ita sese habeat, reliquas quaestiones, quae ad artem in collocandis vocabulis Catullianam pertinent, aliis, qui de hac re sibi inquirendum esse existimabunt, permittentes hanc unam paullo adcuratius persequamur, ut disputemus de eis versibus, qui in Catulli carminibus praebent bina substantiva cum singulis attributis conjuncta.

Qua in re primum quidem non praetermittendum est, cujus modi sint versiculi, quibus usus quattuor vocabula illa, quam diximus, condicione poeta noster connectere voluerit, sed distinguenda esse censeo metrorum genera. neque de omnibus metris adcuratius loquemur, sed dicemus de versibus tantum hexametris et dactylicis et elegiacis. quod ad reliquos attinet, exempla, quae in illis extant, attulisse satis duxi. priusquam autem rem ipsam adgrediamur, dicendum esse existimo, quo modo de re proposita disputare velim. breviloquentiae enim causa substantiva et attributa litteris ita significabo, ut prius substantivum littera A, attributum prius littera a, alterum substantivum B, attributum alterum b signetur. qua venia concessa facile intellegis duodecim figurarum schemata effici posse. quorum

duo genera distinguenda sunt. alterum enim praebet has quattuor figuras, ut ita dicam, naturales:

1. A a B b.
2. A a b B.
3. a A B b.
4. a A b B.

de quibus pauca tantum dicenda essent, nisi saepissime non sine studio consilioque vitarentur. itaque nobis quaerendum est quid inter singulas has figuras naturales intersit. a quibus progressi atque numerum versuum et illorum, in quibus inveniuntur, et eorum, in quibus, quamvis adhiberi potuerint, repudiatae sunt, respicientes intellegere possumus quam late pateat studium illud, quocum alterum genus captetur. cujus octo figurae artificiosae oriri possunt. sunt vero hae:

5. A B a b.
6. A B b a.
7. A b a B.
8. A b B a.
9. a B A b.
10. a B b A.
11. a b B A.
12. a b A B.

has octo figuras videbimus Catullum non pari studio captasse, sed hac rarius, illa saepius usum esse. qua in re etsi ut infra demonstrabimus, multis variisque rebus haud exiguum momentum tribuendum est, nihilo minus electio quaedam est statuenda, quam videmus poetam norma severissima adhibita secutum esse. quam ut electionem cognoscamus, nobis in omni artificiosae alicujus figurae exemplo examinandum erit, num aliam quoque normam artificiosam poeta sequi potuerit sive iisdem vocabulis sive verbis paullo im-

mutatis. quibus omnibus fieri manifestum est, ut quaestio haec, quae de figuris artificiosis, instituitur, sit disputationis nostrae totius particula gravissima. deinde locum caesurae respiciendum esse adparet. qua in re si signum lineae perpendicularis adhiberi conceditur, figurae nostrae augentur. efficiuntur enim illa de causa ter duodecim. nam id unum videtur praemonendum esse hoc loco, etsi fieri potest, ut duo et substantiva et attributa in altero hemistichio coacerventur, alteri nihil nisi verbum, particulae, alia relinquantur, tamen sicut ab omnibus poetis latinis ita a Catullo quoque talem inelegantiam tanto studio vitatam esse videmus, ut ne unum quidem hujus modi exemplum in illius carminibus inveniri possit.

At dixerit fortasse quispiam quum omnem hanc quaestionem tum partem illam, quae spectet ad normas artificiosas, esse supervacuam neque quidquam certi verique hac in re ostendi posse, quum metri causa et vi metrorum coacti collocationes verborum vel naturales vel artificiosas poetae admiserint. audio. nam metrum minime, quod attinet ad verborum seriem, contemnendum esse scio. et maxime quidem hoc valet de pede quinto hexametri dactylici. artificiosum enim verborum ordinem, quamvis serie simpliciore verba ponere potuissent, ea tantum de causa poetas saepissime adhibuisse videmus, ut in pede illo admittatur dactylus, vitetur spondeus. omniaque verborum genera, quae natura sua ad dactylum componendum apta sunt, ad illum hexametri locum libentissime deferuntur. ex quibus generibus commemorandae sunt aliquot formae verborum finitorum, deinde adjectivorum, maxime quod spectat ad nostram quaestionem, substantivorum. quia, ubi talibus formis utitur, rerum natura quasi coactus in quinto hexametri pede poeta eas collocat, quippe quae aptissimae sint ad pedem illum componendum, vides quantum metro in

quaestione nostra tribuendum sit, quantopere hac ratione quattuor figurarum singularum verborum series aliqua ex parte destinetur. non alitcr rem sese habere manifestum est in altero versiculi hexametri elegiaci hemistichio. quam late pateat in poetarum latinorum operibus hoc, quod in certarum versuum sedium natura situm est, momentum patet ex eis, quae de tota hac quaestione Antonius Zingerle disputavit in compluribus libellis (Ovid und sein verhaeltniss zu den vorgaengern und gleichzeitigen roemischen dichtern. 1869—1871. zu den spaeteren lateinischen dichtern. 1872.) itaque ut ad Catullum redeamus, minime omittamus, quantum in exemplis, quae infra colligemus, metrorum momento tribuendum sit. attamen non solum haec metri, ut ita dicam, potestas respicienda est, sed accedit etiam studium aliquod poetarum, quod in permultis exemplis demonstari poterit. quod studium exempli causa in hexametro dactylico et ad quintum et ad reliquos pedes pertinet. quid mihi velim exemplis nonnullis adcuratius ostendere liceat. nam si eodem in versiculo complures verborum formae ad dactylum formandum idonea extant, poeta aut hac aut illa in pede quinto uti potuit velut in his duobus versiculis:

LXIV. 321. Talia divino fuderunt carmine fata
LXIV. 7. Caerula verrentes abiegnis aequora palmis

nonne quaeri et potest et debet, qua re factum sit, ut poeta formas, quae sunt „carmine, aequora“ in fine versiculi ponere mallet, quam adjectiva „talia, caerula“? quod si fecisset, in priore versiculo habuisset collocationem naturalem, in altero aliam figuram artificiosam adhibuisset. deinde ut hujus rei momentum, quod ad reliquos pedes pertinet, longius persequamur, qui factum est ut in versiculo hoc:

LXVIII. 151. Ne vestrum scabra tangat rubigene nomen

haec potissimum verborum collocatio poetae probanda esse videretur, non alia sive naturalis sive artificiosa? iisdem enim his vocibus viginti quattuor ordinis inter se diversi effici potuerunt. deinde ut de versibus quoque elegiacis verba faciamus, inveniuntur in Catulli carminibus exempli causa versus hi:

LXVII. 32. Brixia Cycneae supposita speculae
LXVI. 58. Graia Canopieis incola litoribus

quamquam in priore ordo naturalis, in altero etiam alius ordo artificiosus admitti poterat. neque quemquam dicturum esse existimo nihil interesse atque omni modo pariter sese habere rem, utrum haec an illa series captata sit. quod si quis dicat, gravissimo errore illum teneri apertum est. saepius enim, ut duobus exemplis jam aperuimus, Catullus alium ordinem multo promptiorem sequi potuit, si vel eadem verba, quibus figuram artificiosam esse effectam videmus, aliter collocasset vel paulisper tantum immutatas voces adhibuisset. qua in re quomodo declarari potest, quod ordo verborum artificiosus naturali praefertur, nisi studium hujus ipsius rei statuendum esse conceditur? praeterea in vocabulis collocandis haud exiguum momentum significationi verborum ipsorum, quibus auctor usus est, tribuendum esse facile intellegi potest. scripsit Catullus:

LXIV. 279. Advenit Chiron portans silvestria dona
LXVI. 1. Omnia qui magni dispexit lumina mundi

prius exemplum praebet collocationem naturalem, artificiosam alterum. potuit alterumutrum evitari, si poeta vocabulis „munera, cuncta“ pro illis, quae adhibuit „dona, omnia“, usus esset. hac enim condicione Q. Valerius facere non poterat, quin artificiosam normam in priore, in altero naturalem sequeretur. sed illud quoque evenire potuit ut hae, de quibus disputamus, verborum collocationes a Catullo

captarentur, quum, quia substantiva et attributa eadem ratione flecterentur, molestiorem earundem terminationum concentum vitare vellet. quamquam hoc levioris momenti est. deinde haud scio an aliquid caesurae quoque tribuendum sit. praeterea ut hujus quoque rei hoc jam loco mentio fiat, Catullus poetarum Alexandrinorum exempla imitatus versiculorum singulorum hemistichia quam aequissima componebat artificiosoque vinculo persaepe ita conjungebat, ut in fine prioris attributum collocaret, in fine alterius substantivum. qua in re ea conferenda sunt, quae Augustus Meineke disputavit in Callimachi Cyrenensis editione p. 265 et ad Horati carm. IV. 1, 16 (praef. p. XIX) quibus locis demonstrat exemplis — id quod jam dudum intellectum esse dicit — et in versibus pentametris dactylicis et in versibus Asclepiadeis singulorum versiculorum partes ita aequaliter a poetis compositas esse, ut alterum hemistichium adjectivo, alterum substantivo terminetur. sed quod de illis tantum duobus generibus metricis dictum est, idem valere de versibus quoque hexametris dactylicis Catulli libellum paullo tantum adcuratius hac in re examinantes facile intellegere possumus. quae omnia nobis in disputatione nostra respicienda erunt, quum permultis variisque causis verborum series regatur. sed nihilo minus exempla relinquuntur, in quibus artificiosam collocationem captatam esse videmus non ob aliam rem sed sui ipsius causa. itaque studium Catulli hac in re statuendum esse manifestissimum est. postremo mihi non alienum videtur a proposito nostro pauca submittere de singularum figurarum exemplis, quae in Lucreti de rerum natura libro primo et in Vergili Georgicon libro primo inveniuntur. unde in universum cognoscere poterimus, quam qualemque, quod ad usum artificiosae naturalisque collocationis aut frequentiorem aut

LXVI. 13. Nocturnae rixae vestigia dulcia portans
„ „ Rixae nocturnae vestigia dulcia portans
LXVIII. 7. Nec Musae veterum scriptorum carmine dulci
„ „ Nec veterum Musae scriptorum carmine dulci

et si paullo tantum vocabula mutasset, hasce habuisset collocationes naturales:

LXIV. 172. Cecropiae puppes tetigissent litora Gnosi
„ 210. Nec maesto tollens genitori dulcia signa
„ 316. Labris aridulis haerebant lanea morsa
„ 388. Tempore cum festo venissent annua sacra
LXVI. 1. Magni qui mundi dispexit lumina cuncta

talis verborum ordo est promptior et naturae accommodatior. nihilo minus artificiosam collocationem Catullus sequi maluit. quam et ipsam pariter atque superiorem reliquis artificiosis figuris praeferri inde intellegi potest, quod poeta repudiavit aequis et metri et caesurae condicionibus hosce ordines:

A b | a B

LXIV. 129. Tegmina nudatae tollentem mollia surae
„ 172. Litora Cecropiae tetigissent Gnosia puppes
„ 242. Lumina in adsiduos absumens anxia fletus
„ 264. Tibiaque horribili stridebat barbara cantu
„ 351. Pectoraque infirmis variabunt putrida palmis

A b | B a

LXIV. 39. Non rastris humilis purgatur vinea curvis

a B | A b

LXIV. 39. Non humilis rastris purgatur vinea curvis
LXVI. 1. Omnia qui mundi dispexit lumina magni

deinde vero hac in figura usitatissima totum Catulli in versibus formandis et in verbis collocandis artificium optime

intellegi potest. adparet enim, quia caesura tenet medium, hoc genus, quod attinet ad singula hemistichia, maxime juvare studium aequabilitatis. inde fit ut hac quoque in figura rarissime — duo tantum ejus modi exempla extant LXIV. 131. LXVIII. 7 — quattuor ejus membra coacerventur. plerumque vero sic verba collocata sunt, ut attributa legantur in fine prioris, substantiva in fine alterius hemistichii inter alterum attributum et inter prius substantivum alio interposito vocabulo. itaque quintum verbum, quod non est ex partibus figurae plerumque medium tenet, rarissime alio loco ponitur. qua de re concentu attributorum et substantivorum duae versiculorum singulorum partes optime continentur simulque verbum, quod alterum a tertio membro sejungit, lepidissime hinc eo transducit atque impedit, quominus membra figurae nimis cumulentur. qua de artificiosa hemistichiorum conjungendorum ratione, qüam alios poetas etiam in aliis metrorum generibus adhibuisse, ut supra diximus, Augustus Meineke adcuratius docuit, denuo nobis infra dicendum erit.

sed quoniam de duabus his figuris artificiosis jam satis disputatum est, restat quaestio utrum priorem an alteram Catullus libentius adhibuerit. qua in re non multum interesse facile intellegi potest. in priore enim exempli causa hae collocationes repudiatae sunt:

LXIV. 157. Talia pro dulci qui reddis praemia vita
„ 235b. Lucida qua summi splendent carchesia mali
„ 332. Levia robusto substernens bracchia collo.

quamquam talibus in versiculis poeta elegantissime hemistichia conjungere potuit. in altero hi versiculi minus probati sunt:

LXIV. 129. Mollia tollentem nudatae tegmina surae
„ 210. Dulcia sustollens nec maesto signa parenti

deinde quod attinet ad reliquas figuras, in quibus caesura post alterum non post primum membrum ponitur, in priore genere Catullus scribere potuit:

A b | a B

LXIV. 157. Praemia pro dulci qui reddis talia vita

a B | A b

LXIV. 157. Talia pro vita qni reddis praemia dulci

a B | b A

LXIV. 9. Ipsa levi currum volitantem flamine fecit

A B | a b

LXIV. 157. Praemia pro vita qui reddis talia dulci

in altero haec series minus apta est visa:

A | a a B

LXIV. 42. Rubigo infertur desertis squalida aratris

a | B b A

KXIV. 210. Nocturnae portans vestigia dulcia rixae

propter nimiam denique quattuor membrorum coacervationem Catullus hanc collocationem repudiavit:

LXIV. 210. Portans nocturnae vestigia dulcia rixae

et haec quidem dicenda esse existimavi de illis figurae primae generibus, in quibus post alterum membrum caesurae locus est. hac collocatione Catullus in vicesimo septimo quoque versiculo usus est, quum hujus quoque generis exempla pariter atque superioris multo rariora sint et in Lucreti — lib. I. 144. 719. 1003 — et in Vergili versibus — Georg. lib. I. 8. 32. 103. 190. 222. 229. 251. 266. 298. 361. 369. 428. 468. 497. 500. 508.

jam ad tertium genus transeamus, in quo caesura ponitur post prius substantivum. quod celeriter absolvi potest. nam luce clarius est talem formam satis a pülchri-

tudine abhorrere, quia priori hemistichio nimium ponderis tribuitur, alterum prae priore levius fit atque praegravatur. utcunque haec res sese habet, Catullus hanc normam qua

3. caesura post tertium figurae membrum ponitur

$a\ b\ A \mid B$

bis tantum sequi voluit his, quos adpono, locis:

LXIV. 80. Quis angusta malis quum moenia vexarentur.
LXVI. 57.

accedit quod sine dubio in altero exemplo durior vocabulorum collocatio auxiliari incisione tollitur. praeterea id quoque mihi considerandum videtur quod in utriusque versiculi pede quinto spondeus admissus est. qua re efficitur ut quasi quaedam hemistichiorum aequalitas restituatur. sed multo aliter res sese habet in hoc versiculo:

LXIV. 81. Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis

in hoc enim exemplo non bina sed terna attributa et substantiva artificiose conjuncta sunt et hemistichia optime inter sese respondent. liceat addere alium versiculum, qui simili ratione compositus est:

LXVI. 11. Qua rex tempestate novo auctus hymenaeo.

in Vergili deinde Georgicon libro primo extat hic versus:

LXVI. 276. Ipsa dies alios alio dedit ordine luna

qua in re jam ad finem pervenimus, quoniam in Lucreti Vergilique versibus, quorum nos in disputatione nostra rationem habituros esse diximus, nullum hujus tertiae figurae exemplum reperire poteramus.

Sed quidquid antea disputavimus, id omne pertinuit ad eam figuram, qua membra ordine parallelo decurrunt. reliquum est ut deinceps dicamus de illis exemplis, quorum membra posita sunt

b. ordine contrario

quae quidem Catullus haud invitus captavit, ut jam supra diximus. restat igitur ut certis documentis illud demonstremus. qua in re quum denuo locus caesurae respiciendus sit, primum disputetur de figuris, in quibus

1. caesura ponitur post prius attributum

a | *b B A*.

quam figuram videmus adhibitam esse hisce locis uno et viginti:

LXII. 46. Cum castum amisit polluto corpore florem. LXIV. 15. 31. 64. 73. 99. 106. 154. 239. 353. 369. 370. LXV. 5. 19. LXVI. 33. 81. LXVII. 21. 29. LXVIII. 49. 51. 113.

non opus est denuo commemorare, quantum, quod attinet ad verborum seriem, momentum in hexametri dactylici pede quinto positum sit. habes enim eadem verborum genera, quae ad dactylum formandum maxime idonea esse saepius jam intelleximus. deinde quod duplex fuisse Catulli studium cognovimus, ut bina hemistichia et quam aequissima reddat et vinculo artificioso quasi constricta pangat, ut quattuor figurarum singularum membrorum coacervationem quinto vocabulo intermisso evitet, facile adparet poetam, ubi hanc, de qua nunc disputaturi sumus, figuram sequi voluit, duas probare res, quae natura sua contrariae atque inter sese oppositae sunt. quid quod hac in re ut exemplis supra allatis demonstratur, utrique studio obtemperavit ita ut in altera parte exemplorum, quae protulimus, bina hemistichia conjuncta sint concentu attributi prioris, quod legitur in fine hemistichii prioris, et substantivi prioris, quo totus versiculus terminatur. non omnibus ex partibus haec verborum collocatio probari potest. quae si hac in figura adhibetur, ipso loco, qui a caesura occupatus est, effici adparet

ut quattuor ordinis artificiosi membra conveniant, id quod quia minus elegans videbatur, vitari intelleximns. altera in parte exemplorum hoc vitium inveniri minus potest, sed deest etiam optimum illud hemistichiorum inter sese connectendorum artificium. deinde haud scio an numero ordinum, qui vitati sunt, majus momentum tribuendum esse quisquam dicat studio coacervationis membrorum quinto verbo intercedente vitandae. nam hi ordines repudiati sunt:

LXII. 46. Cum amisit castum polluto corpore florem
LXV. 19. Ut sponsi missum furtivo munere malum
LXVII. 29. Narras egregium mira pietate parentem
LXVIII. 49. Nec texens tenuem sublimis aranea telam

quali ratione si verba collocasset, optime, ut saepius jam invenimus, duo hemistichia Catullus conjunxisset. nolo enim nimis premere fieri potuisse ut has quoque collocationes poeta sequeretur:

LXIV. 99. Illa tulit quantos languenti corde timores
„ 154. Te genuit quaenam sola sub rupe leaena

sed ea ipsa de causa, ut hemistichia pariter terminarentur, quamvis aliter figurae membrorum quasi nodus quidam efficiatur, aequis metricis condicionibus non scripsit sic:

LXIV. 370. Truncum projiciet summisso poplite corpus

artificiosam vero figuram ultro quaesitam esse luce clarius est, quia hi ordines naturales repudiati sunt:

LXV. 59. Ut missum malum furtivo munere sponsi
LXVIII. 49. Nec tenuem telam sublimis aranea texens

accessit etiam studium hemistichiorum aequandorum, quod Catullus hanc seriem naturalem minus probavit:

LXVI. 33. Atque ibi me cunctis divis pro conjuge dulci.

aliam deinde figuram artificiosam poeta noster adhibere potuit hanc:

A | b B a

LXII. 46. Cum florem amisit polluto corpore castum
LXIV. 239. Thesea seu nubes ventorum flamine pulsae
„ 370. Projiciet corpus summisso poplite truncum
„ „ Corpus projiciet summisso poplite truncum
LXV. 19. Ut malum sponsi furtivo munere missum
LXVI. 33. Atque ibi me divis pro dulci conjuge cunctis

praeterea inter ordinem parallelum interque contrarium nihil interesse inde intellegitur, quod in illo haec series vitata est:

LXIV. 245. Immiti credens amissum Thesea fato

cui respondet quod in altero minus aptus hic ordo visus est:

LXVI. 33. Atque ibi pro dulci me cunctis conjuge divis

denique multitudinem ordinum nodi ratione durius compositorum aliqua ex parte perbene excusari vidimus. itaque in his quoque exemplis ordo parallelus repudiatus est:

LXIV. 239. Thesea ventorum seu pulsae flamine nubes
LXVI. 81. Tradite rejecta nudantes veste papillas

Lucretius hanc figuram, de qua jam satis dictum est, artificiosam rarius, Vergilius saepius adhibuisse videntur quam Catullus. nam in versibus, quos respicere voluimus, haec exempla inveniuntur — de rerum nat. lib. I. 9. 37. 196. 491. 718. 816. 1031. — Georgic. lib. I. 20. 22. 43. 66. 73. 74. 78. 124. 160. 162. 186. 218. 224. 291. 345. 410. 447. 472. 495 — jam vero transeamus ad alterum hujus figurae genus, quod efficitur

2. caesura medium tenente

a b | B A

quae figura et ipsa in carminibus Catullianis usitatissima est. nam his invenitur locis viginti quattuor:

LXII. 51. Sed tenerum prono deflectens pondere corpus. LXIV. 27. 89. 125. 133. 202. 207. 240. 262. 314. 321. 344. 364. 468. LXV. 7. LXVI. 3. LXVII. 33. LXVIII. 49. 67. 115. 123. 151. LXIV. 54. 173.

his maxime exemplis demonstrari potest poetam consulto talem ordinem quaesivisse. quod enim ad metrum attinet, verba sic quoque collocari poterant:

LXII. 51. Sed tenerum corpus deflectens pondere prono
LXIV. 133. Deserto liquisti in litore, perfide Theseu
„ 202. Has postquam voces perfudit pectore maesto
„ 239. Flamine ventorum seu pulsae Thesea nubes
„ 321. Carmine divino fuderunt talia fata
„ 344. Cum Phrygii campi manabunt sanguine Teucro
„ 368. Caede Polyxenia mitescent alta sepulcra
LXVIII. 67. Is clausum campum patefecit limine lato
„ 114. Pluribus ut divis tereretur janua caeli
„ 151. Ne vestrum nomen scabra rubigine tangat

in nonnullis versibus, in quibus sic verba naturalius collocata esse concedis, etiam alii ordines nihilo minus pariter naturales excogitari possunt, quos adcuratius persequi opus non est, cum nihil novi inde ad quaestionem nostram solvendam redundare posse videatur. immo satis jam ostendisse mihi videor exquisitioris verborum seriei studium in Catullo statuendum esse et eos gravissimo errore teneri manifestum est, qui metrica tantum difficultate vincula artificiosa effecta esse putent. deinde denuo comprobari vides duritiem quattuor vocabulorum, quibus figurae artificiosae efficiuntur, concurrentium magnopere poetam vitasse. nam tribus tantum locis illa collocatio invenitur, quam supra cum nodo firmissimo quodam modo comparari posse dixi. reliquis in versiculis — et saepissime quidem post alterum attributum — intercedit verbum quintum, quod non est ex

A | b B a

LXII. 46. Cum florem amisit polluto corpore castum
LXIV. 239. Thesea seu nubes ventorum flamine pulsae
„ 370. Projiciet corpus summisso poplite truncum
„ „ Corpus projiciet summisso poplite truncum
LXV. 19. Ut malum sponsi furtivo munere missum
LXVI. 33. Atque ibi me divis pro dulci conjuge cunctis

praeterea inter ordinem parallelum interque contrarium nihil interesse inde intellegitur, quod in illo haec series vitata est:

LXIV. 245. Immiti credens amissum Thesea fato

cui respondet quod in altero minus aptus hic ordo visus est:

LXVI. 33. Atque ibi pro dulci me cunctis conjuge divis

denique multitudinem ordinum nodi ratione durius compositorum aliqua ex parte perbene excusari vidimus. itaque in his quoque exemplis ordo parallelus repudiatus est:

LXIV. 239. Thesea ventorum seu pulsae flamine nubes
LXVI. 81. Tradite rejecta nudantes veste papillas

Lucretius hanc figuram, de qua jam satis dictum est, artificiosam rarius, Vergilius saepius adhibuisse videntur quam Catullus. nam in versibus, quos respicere voluimus, haec exempla inveniuntur — de rerum nat. lib. I. 9. 37. 196. 491. 718. 816. 1031. — Georgic. lib. I. 20. 22. 43. 66. 73. 74. 78. 124. 160. 162. 186. 218. 224. 291. 345. 410. 447. 472. 495 — jam vero transeamus ad alterum hujus figurae genus, quod efficitur

2. caesura medium tenente

a b | *B A*

quae figura et ipsa in carminibus Catullianis usitatissima est. nam his invenitur locis viginti quattuor:

LXII. 51. Sed tenerum prono deflectens pondere corpus.
LXIV. 27. 89. 125. 133. 202. 207. 240. 262. 314. 321. 344. 364. 468. LXV. 7. LXVI. 3. LXVII. 33. LXVIII. 49. 67. 115. 123. 151. LXIV. 54. 173.

his maxime exemplis demonstrari potest poetam consulto talem ordinem quaesivisse. quod enim ad metrum attinet, verba sic quoque collocari poterant:

LXII. 51. Sed tenerum corpus deflectens pondere prono
LXIV. 133. Deserto liquisti in litore, perfide Theseu
„ 202. Has postquam voces perfudit pectore maesto
„ 239. Flamine ventorum seu pulsae Thesea nubes
„ 321. Carmine divino fuderunt talia fata
„ 344. Cum Phrygii campi manabunt sanguine Teucro
„ 368. Caede Polyxenia mitescent alta sepulcra
LXVIII. 67. Is clausum campum patefecit limine lato
„ 114. Pluribus ut divis tereretur janua caeli
„ 151. Ne vestrum nomen scabra rubigine tangat

in nonnullis versibus, in quibus sic verba naturalius collocata esse concedis, etiam alii ordines nihilo minus pariter naturales excogitari possunt, quos adcuratius persequi opus non est, cum nihil novi inde ad quaestionem nostram solvendam redundare posse videatur. immo satis jam ostendisse mihi videor exquisitioris verborum seriei studium in Catullo statuendum esse et eos gravissimo errore teneri manifestum est, qui metrica tantum difficultate vincula artificiosa effecta esse putent. deinde denuo comprobari vides duritiem quattuor vocabulorum, quibus figurae artificiosae efficiuntur, concurrentium magnopere poetam vitasse. nam tribus tantum locis illa collocatio invenitur, quam supra cum nodo firmissimo quodam modo comparari posse dixi. reliquis in versiculis — et saepissime quidem post alterum attributum — intercedit verbum quintum, quod non est ex

numero figurae membrorum. sed hac quoque in figura pariter captari adparet ordinem parallelum atque contrarium. in priore enim Catullus scribere potuit sic:

LXIV. 39. Non curvis humilis purgatur vinea rastris
„ 131. Udo frigidulos singultus ore cientem
„ 161. Jocundo tibi quae famularer serva labore
„ 309. At niveae roseo residebant vertice vittae
LXVI. 19. Multis id mea me docuit regina querelis
LXVIII. 7. Dulci nec veterum scriptorum carmine Musae

in altero genere poeta hos ordines captare noluit:

LXII. 51. Sed prono tenerum deflectens pondere corpus
LXIV. 89. Eurotae quales progignunt flumina myrtus
„ 125. Imo clarisonas fudisse e pectore voces
„ 262. Aut tenuis tereti tinnitus aere ciebant
„ 344. Cum Teucro Phrygii manabunt sanguine campi
LXVII. 33. Molli quam flavus percurrit flumine Mella
LXVIII. 151. Scabra ne vestrum tangat rubigine nomen,

in priore genere Q. Valerius studium hemistichiorum aequaliter terminandorum secutus est, quod in altero sua sponte omisit. propter nimiam autem quattuor figurae membrorum coacervationem minime versiculi hi probari poterant:

LXII. 27. Qui desponsa tua flamma connubia firmes
LXVI. 13. Dulcia nocturnae rixae vestigia portans

deinde alias figuras artificiosas poeta adhibere potuit. exempli causa has:

A b | B a

LXV. 7. Tellus Rhoeteo quem subter litore. Troja
LXVIII. 57. Is campum lato patefecit limine clausum
„ 151. Ne nomen scabra tangat rubigine vestrum

a B | b A

LXIV. 27. Ipse suos genitor divom concessit amores
„ 210. Aerium montis nivei liquere cacumen
„ 262. Aut tereti tinnitus tenuis aere ciebant
LXVIII. 123. Impia gentilis derisi gaudia tollens

a B | A b

LXVIII. 67. Is lato campum patefecit limine clausum
„ 151. Ne scabra nomen tangat rubigine vestrnm

postquam de duobus hujus quoque figurae, cujus membra ordine contrario posita sunt, generibus jam satis disputatum est, hic quoque restat quaestio utrum Catullus libentius adhibuerit. quo modo res se habeat, facile intellegi potest. nam in priore sic caesura collocari poterat:

LXII. 46. Castum polluto cum amisit corpore florem
LXIV. 154. Quanam sub sola genuit te rupe leaena
„ 239. Pulsae ventorum seu flamine Thesea nubes
LXVII. 29. Egregium mira narras pietate parentem

in altero genere hic caesurae locus repudiatus est:

LXIV. 89. Quales progignunt Eurotae flumina myrtus
„ 321. Talia fuderunt divino carmine fata
LXVIII. 151. Ne vestrum tangat scabra rubigine nomen

denique quod attinet ad reliquas figuras, quibus caesura ponitur post alium membrum, in priore Catullus scribere potuit:

LXII. 46. Polluto castum cum amisit corpore florem
LXIV. 239. Ventorum pulsae seu flamine Thesea nubes

in altero fieri potuit ut haec figura captaretur:

LXIV. 314. Versabat tereti libratum turbine fusum
LXVIII. 151. Ne scabra tangat vestrum rubigine nomen

sed tantum abest ut hoc variandi artificium ad finem per-

ducere velim, ut hanc quaestionem jam missam faciam. luce enim clarius est, quantus sit numerus illorum ordinum, qui in nonnullis versiculis effici possunt. jam antea diximus in versiculo hoc:

LXVIII. 151. Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen

ut de uno tantum aptissimoque exemplo loquamur, verba quae sunt „vestrum scabra tangat nomen“ permutari possunt, ita ut viginti quattuor collocationes diversas poeta captare potuerit. et haec quidem de hac figura, quod ad Catullum pertinet, hactenus. Lucretius contra atque Vergilius hac collocatione multo rarius usi esse videntur. nam haec pauca tantum exempla affere possum — de rerum nat. lib. I. 176. 256. 446. 929 — Georgic. lib. I. 19. 70. 107. 510. —

itaque res jam eo perducta est, ut ad tertiam figuram veniamus, quae oritur

3. caesura post alterum substantivum posita.

a b B | A.

eas vero figuras, in quibus caesura post tertium membrum ponitur, Catullum vitasse jam vidimus. itaque unum tantum — nullum hic quoque ex Lucreti Vergilique libris — exemplum afferri potest:

CIX. 1. Jocundum mea vita mihi proponis amorem

sed hoc quoque in versiculo non dubito, quin durior vocabulorum collocatio in priore hemistichio tollatur auxiliari incisione. eandem figuram magno opere vitatam esse inde quoque intellegi potest, quod haec series minus probata est:

LXIV. 54. Indomitos Ariadne gerens in corde furores

Quidquid de illis figuris, in quibus substantiva attributis postponuntur, dicendum esse putavi, id omne jam adcuratius, ut potui, expositum est. exempla vero circiter centum singulis figurarum generibus a nobis allata sunt. quae genera libentius captari quam reliquarum figurarum, inde manifestum fit, quod in illis alias quoque collocationes poeta sequi potuit, in reliquis nunquam hanc, de qua disputavimus, seriem minus probandam esse existimavit. multo deinde minor est numerus exemplorum figurae illius, in qua

B. prius substantivum alterumque attributum praemittuntur.

quam frequentius, ut ostendimus, Catullus captare potuit, nisi superius genus omnino praetulisset et his quidem in versibus: LXII. 46. LXIV. 7. 32. 39. 129.-157. 172. 239. 242. 264. 332. 345. 351. 370. LXV. 7. 19. LXVI. 33. LXVIII. 67. 151. et hac quoque in particula primum quidem dicamus de versibus illis, in quibus membra posita sunt ad normam

a. ordinis paralleli.

illi vero versiculi primo nobis colligendi erunt, in quibus

1. caesura post prius substantivum locum occupavit

A | *b a B.*

cujus figurae exempla haec inveniuntur:

LXIV. 46. Tota domus gaudet regali splendida gaza. 282. 379.

hoc in genere alteram, de qua deinceps dicendum erit, rationem, quamvis hemistichia melius conjunxisset, repudians Catullus scribere noluit:

LXIV. 282. Aura parit tepidi flores fecunda Favoni

ducere velim, ut hanc quaestionem jam missam faciam. luce enim clarius est, quantus sit numerus illorum ordinum, qui in nonnullis versiculis effici possunt. jam antea diximus in versiculo hoc:

LXVIII. 151. Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen

ut de uno tantum aptissimoque exemplo loquamur, verba quae sunt „vestrum scabra tangat nomen“ permutari possunt, ita ut viginti quattuor collocationes diversas poeta captare potuerit. et haec quidem de hac figura, quod ad Catullum pertinet, hactenus. Lucretius contra atque Vergilius hac collocatione multo rarius usi esse videntur. nam haec pauca tantum exempla affere possum — de rerum nat. lib. I. 176. 256. 446. 929 — Georgic. lib. I. 19. 70. 107. 510. —

itaque res jam eo perducta est, ut ad tertiam figuram veniamus, quae oritur

3. caesura post alterum substantivum posita.

a b B | A.

eas vero figuras, in quibus caesura post tertium membrum ponitur, Catullum vitasse jam vidimus. itaque unum tantum — nullum hic quoque ex Lucreti Vergilique libris — exemplum afferri potest:

CIX. 1. Jocundum mea vita mihi proponis amorem

sed hoc quoque in versiculo non dubito, quin durior vocabulornm collocatio in priore hemistichio tollatur auxiliari incisione. eandem figuram magno opere vitatam esse inde quoque intellegi potest, quod haec series minus probata est:

LXIV. 54. Indomitos Ariadne gerens in corde furores

Quidquid de illis figuris, in quibus substantiva attributis postponuntur, dicendum esse putavi, id omne jam adcuratius, ut potui, expositum est. exempla vero circiter centum singulis figurarum generibus a nobis allata sunt. quae genera libentius captari quam reliquarum figurarum, inde manifestum fit, quod in illis alias quoque collocationes poeta sequi potuit, in reliquis nunquam hanc, de qua disputavimus, seriem minus probandam esse existimavit. multo deinde minor est numerus exemplorum figurae illius, in qua

B. prius substantivum alterumque attributum praemittuntur.

quam frequentius, ut ostendimus, Catullus captare potuit, nisi superius genus omnino praetulisset et his quidem in versibus: LXII. 46. LXIV. 7. 32. 39. 129. 157. 172. 239. 242. 264. 332. 345. 351. 370. LXV. 7. 19. LXVI. 33. LXVIII. 67. 151. et hac quoque in particula primum quidem dicamus de versibus illis, in quibus membra posita sunt ad normam

a. ordinis paralleli.

illi vero versiculi primo nobis colligendi erunt, in quibus

1. caesura post prius substantivum locum occupavit

A | *b a B.*

cujus figurae exempla haec inveniuntur:

LXIV. 46. Tota domus gaudet regali splendida gaza. 282. 379.

hoc in genere alteram, de qua deinceps dicendum erit, rationem, quamvis hemistichia melius conjunxisset, repudians Catullus scribere noluit:

LXIV. 282. Aura parit tepidi flores fecunda Favoni

neque hac altera figura artificiosa uti voluit:

A B b | a

LXIV. 46. Tota domus gaza regali splendida gaudet

quos duos ordines etiam propter nimiam membrorum cumulationem vitatos esse manifestum est. Lucretius vero atque Vergilius rarissime tantum hac collocatione artificiosa usi esse videntur. nam in primo de rerum natura libro nullum, in Georgicon libro primo unum — 240 — exemplum extat. deinde disputandum est de hujus figurae exemplis, quae formantur

2. caesura medium tenente

A b | a B

quam normam poeta Veronensis in his octo exemplis secutus est:

LXII. 39. Ut flos in saeptis secretus nascitur hortis LXIV. 50. 90. 215. 293. 391. LXV. 17. LXVIII. 102.

huc accedit ex fragmento altero versiculus hic:

Hellespontia ceteris ostriosior oris

repudiavit in his exemplis Catullus hanc seriem naturalem:

LXII. 39. Ut flos secretus in saeptis nascitur hortis
LXIV. 293. Vestibulum velatum ut molli fronde vireret
„ 391. Thyiadas euhantes effusis crinibus egit

alii vero ordines artificiosi hac ratione adhiberi potuerunt:

a B | b A

LXII. 39. In saeptis ut flos secretus nascitur hortis
LXIV. 215. Longa gnate mihi jocundior unice vita
„ 293. Molli ut vestibulum velatum fronde vireret

A B | a b

LXIV. 215. Gnate mihi vita jocundior unice longa

A B | b a

LXIV. 215. Vita gnate mihi jocundior unice longa

studium vero nimiae membrorum coacervationis vitandae inde cognosci potest, quod haec series repudiata est:

LXIV. 50. Haec hominum vestis priscis variata figuris
" " Haec hominum priscis vestis variata figuris

quamquam in altero, quem proponimus, versiculo pariter hemistichia inter sese constricta sunt. neque quidquam inter hujus figurae primum interque alterum genus interesse inde sequitur quod, ut jam supra diximus, in priore hic ordo repudiatus est

LXIV. 282. Aura parit tepidi flores fecunda Favoni

in altero sic quoque vocabula poni poterant:

LXIV. 50. Haec hominum vestis priscis variata figuris
LXV. 17. Nequiquam tua dicta vagis ne credita ventis

poeta enim ea, quam secutus est, collocatione hemistichia aequaliter terminavit. quod studium sua sponte in priore omisit. praeterea membrorum cumulationem evitare maluit, ut jam paullo ante aperuimus. ceterum fieri potuisse manifestum est, ut etiam aliae figurae iisdem his verbis efficerentur, quas omnes enumerare longum est. qua in re concedendum est in plurimis, quos neglectos esse vidimus, ordinibus minus apte illo, quod saepius jam cognovimus, vinculo versiculorum partes contineri. haec enim figura, in qua caesura medium tenet, et ipsa ad hemistichia aequaliter terminenda valde commoda est. deinde praetermittere non possum quin bis tantum in exemplis, quae attuli, quattuor figurae membra ita posita esse dicam, ut sese excipiant nullo alio intermisso vocabulo. jam vero Lucreti Vergilique exempla adferenda sunt: de rerum nat. lib. I. 87 — Georgic.

lib. I. 9. 246. 258. 388. 467. 494. itaque Vergilius hanc figuram paullo saepius videtur adhibuisse quam Catullus. jam ad illam pergere possumus, quae oritur caesura post prius attributum collocata. sed ut in reliquis figuris ita in hac quoque poeta eam collocationem, in qua sedes caesurae est post membrum tertium, magnopere sensu pulchri ductus vitavit et hic quidem ita, ut ne unum quidem exemplum invenire potuerim. quod de Lucretio et Vergilio repetendum est. nam in Lucreti versu hoc:

413. Lingua meo suavis diti de pectore fundet

paullo aliter rem sese habere manifestum est, quia alteri substantivo in altero hemistichio denuo attributum conjungitur. ceterum hujus generis versus pariter vitantur in ordine parallelo atque in norma

b. ordinis contrarii

ad quem nunc nos convertamus. qua in re, si in ejusmodi exemplis est

1. locus caesurae post prius substantivum

A | *b* *B* *a*

hi duo versiculi commemorandi sunt:

LXIV. 269. Hic qualis flatu placidum mare matutino. 376.

utroque in versu Catullus duriorem verborum seriem hoc modo vitare potuit:

LXIV. 269. Hic flatu qualis placidum mare matutino
„ 376. Nutrix non illam nascenti luce revisens

attamen illam rationem sequi maluit, qua hemistichia melius inter sese connectuntur. nam hac quoque in figura utrumque, quod cognovimus, studium alteri oppositum est. alius autem ordo artificiosus hac ratione effici potuit

a | B A b

LXIV. 269. Hic placidum qualis flatu mare matutino

mutata deinde caesura etiam in hac figura hemistichia conjungi poterant:

a B | A b

LXIV. 269. Hic placidum flatu qualis mare matutino

formarum vero, in quibus

2. caesura in medio posita est

A b | *B a*

exempla sunt haec:

LXIV. 311. Laeva colum molli lana retinebat amictum. 392. LXXXX. 5.

et primum quidem aliam figuram artificiosam Catullus hoc modo efficere potuit:

a B | A b

LXIV. 311. Molli laeva colum lana retinebat amictum
„ 392. Cum tota Delphi certatim ex urbe ruentes

A B | a b

LXIV. 311. Lana laeva colum molli retinebat amictum

A B | b a

LXIV. 311. Laeva colum lana molli retinebat amictum

quid vero intersit inter hujus figurae primum interque alterum genus inde facile animadverti potest quod in priore non legitur:

LXIV. 269. Hic flatu placidum qualis mare matutino
„ 376. Nutrix nascenti non illam luce revisens

poeta enim ea, quam captavit, figura hemistichia melius inter sese conjunxit. quod studium ultro omisit in altero, ubi hic versiculus componi poterat:

LXIV. 392. Certatim Delphi cum tota ex urbe ruentes

postremo ut de Lucretio atque Vergilio quoque hac in particula loquamur, prioris generis haec exempla inveni: de rerum nat. lib. I. 447. 1082. Georgic. lib. I. 4. alterum genus, in quo caesura tenet medium, his in versiculis captatum est: de rerum nat. lib. I. 121. 315. 1041. Georgic. lib. I. 315.

Et omnibus quidem, quae de altera classi dicenda esse existimavi, prolatis restat ut tertiam adgrediamur, qua

C. prius attributum et alterum substantivum praemittuntur

cujus generis figuras etsi poeta non vitavit, tamen non pariter atque primi adhibuit. quas ut jam antea demonstravimus, saepius captare potuit, nisi illud genus omnino praetulisset et his quidem in versibus: LXIV. 9. 27. 39. 157. 162. 210. 235b. 262. 341. LXVI. 1. LXVIII. 67. 123. 151. LXXVI. 21. sed hoc in modo contrarium tantum ordinem Catullus probavisse videtur. nam ordinis paralleli ne unum quidem exemplum inveniri potest. neque Lucretius aut Vergilius plus semel in versiculis illis, quorum in dissertatione nostra rationem habemus, ea collocatione usi sunt:

de rerum nat. lib. I. 321. Invida praeclusit spatium natura videndi

Georgicon lib. I. 250. Nosque ubi primus equis oriens adflavit anhelis

ubi caesuram vario modo collocatam esse vides. itaque nihil obstat quominus

ordinis contrarii

exempla statim adferamus. ut vero in superioribus generibus ita in hoc quoque modo saepissime aut unum aut duo, tria rarissime membra caesuram antecedunt. nam figurae, in qua

1. caesura post prius attributum sedem occupavit

a | *B b A*

haec quattuor exempla inveniuntur:

LXIV. 265. Talibus amplifice vestis decorata figuris. LXVIII. 91. LXXVI. 1. LXXXXVI. 5.

collocationem artificiosam ultro adhibitam esse inde manifestum fit, quod naturalem hanc poetam sequi noluisse videmus:

LXVIII. 91. Quaene etiam nostro fratri miserabile letum

aliae deinde figurae componi potuerunt hae:

A | b a B

LXVIII. 91. Quaene etiam letum nostro miserabile fratri
LXXXXVI. 5. Certe non est mors tanto immatura dolori

A | B a b

LXVIII. 91. Quaene etiam letum fratri miserabile nostro

A | B b a

LXVIII. 91. Quaene etiam fratri letum miserabile nostro

deinde monendum est hac quoque in figura utrumque poetae studium, quod saepius jam cognovimus, alteri oppositum atque contrarium esse. bis enim quattuor figurae membra coacervata sunt, bis quintum vocabulum intermissum est. duriorem membrorum seriem si hemistichia melius constringere noluisset, poeta sic evitare potuit:

LXVIII. 91. Nostro quaene etiam letum miserabile fratri
LXXXXVI. 5. Tanto non certe mors immatura dolori est

reliquas figuras, quae effici poterant permultae, enumerare longum est. alterius deinde generis, in quo

2. caesura in medio ponitur

a b | *A B*

exempla haec afferre possum septem:

LXIV. 19. Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore. 107. 143. 179. 403. LXVIII. 43. 61.

quibus in versiculis primum quidem nihil obstitit, quominus poeta simpliciorem et promptiorem collocationem hanc sequeretur:

LXIV. 107. Indomitum robur contorquens flamine turbo
„ 403. Ignaro nato substernens se impia mater

deinde aliae figurae artificiosae hae captari poterant:

A b | a B

LXIV. 403. Mater substernens ignaro se impia nato
LXVIII. 43. Nec saeclis fugiens obliviscentibus aetas

jam vero reliquum est tertium genus, in quo

3. caesura post alterum attributum ponitur

a B b | *A*

cujus unum tantum exemplum adferri potest:

LXIV, 72. Spinosas Erycina serens in pectore curas

neque dubito quin duriorem, quae hoc in versiculo extat, verborum collocationem auxiliari incisione — id quod jam saepius vidimus — laxari concedas. totius vero hujus ordinis figurae a Lucretio in libro de rerum nat. primo omnino vitatae sunt. Vergilius contra eas Catullo haud rarius adhibuisse videtur. nam in Georgic. libro primo his locis figura prima: 13. 211. 232. 245, altera figura his: 81. 244. 337. 380 reperitur.

Has autem duas classes, de quibus jam satis a me disputatum esse arbitror, minus probari quam primam, inde adparet quod ubi aut haec aut altera vel tertia adhiberi poterat, semper prima, qua substantiva attributis postponuntur, praelata est. nihil vero interesse inter alteram classem interque tertiam et pariter illas adhiberi inde intellegi potest, quod in priore collocationes hujus, in altera illius classis repudiantur, ut exemplis, quae repetere longum est,

adcuratius ostendimus. itaque res jam eo perducta est, ut de quarta classi verba facere possimus, qua

D. substantiva attributis praemittuntur

hujus figurae exempla sunt rarissima, quamvis ut superioribus in figuris demonstravimus, saepius adhiberi potuerint et his quidem in versiculis exempli gratia: LIV. 46. 157. 215. 235b. 311. LXVIII. 91. itaque quia reliquae classes praeferuntur, duos tantum hujus modi versiculos adferre possum et ita quidem ut in ordine contrario caesura locum habeat aut post prius aut post alterum attributum. sunt enim hi:

A | B b a

LXIV. 386. Saepe pater divom templo in fulgente residens

A B | b a

LXVI. 77. Quicum ego dum virgo curis fuit omnibus expers

sed accedit quod utrumque exemplum in dubium vocari potest. nam in priore versu paullo aliter res sese habent, quia prius substantivum priore quoque in hemistichio attributo quod est „divom" conjungitur. deinde in altero versiculo dubitari potest, quae scriptura praeferenda sit, utrum Lachmanni, cui placet „quondam" an Luciani Muelleri, qui legere vult „curis". quamquam hac altera ratione insolitus verborum ordo statuitur. Lucretius autem atque Vergilius non dubitaverunt hujus modi versiculos componere exempli causa hos — de rerum nat. lib. I. 52. 99. 123. 383. 984 — Georgic. lib. I. 171. 476. 477 — qua in re hi duo ordines comparandi sunt:

Lucret. I. 123. Sed quaedam simulacra modis pallentia miris
Vergilius Georg. lib. I. 477. Ingens, et simulacra modis pallentia miris

isne dubio Vergilius versiculum Lucreti imitari voluit, quum in scribendo illius meminisset:

Haec sunt ea quae dicenda esse existimavi de artificiosis figuris, quae in Catulli hexametris dactylicis inveniuntur. sed de una tantum re liceat mihi pauca addere, quae mihi a proposito nostro haud aliena videntur. omnia enim exempla, quae singulis figuris artificiosis adposuimus, uno eodemque in versiculo reperiuntur. attamen fieri potest ut quattuor figurae membra per duos versus porrecta sint. quamquam hoc multo rarius fieri concedo. sed quod ad alterum hoc genus pertinet, loquimur de illis tantum exemplis, quae aut nullo aut uno tantum alio verbo intercedente exacta sunt. hac enim sola condicione, si figura ex uno in alium versiculum traducitur, genus illud collocationis artificiosae ab iis, qui carmina legunt vel audiunt, animadverti potest. quod minime sentitur et plane evanescit, si figurarum membra compluribus aliis vocibus sejuncta sunt. cujus modi exempla in versibus hexametris dactylicis haec inveniuntur: LXIV. 86—87. 105—106. 175—176. 192—193 194. 280—281. 318—319. quae quum ita sese habeant, jam ad finem hujus dissertationis nostrae particulae prioris pervenimus. itaque ut summam rerum earum, quas invenimus, breviter repetamus, Catullus hac in re eam normam secutus est, ut saepissime libentissimeque illas figuras adhiberet, quibus substantiva attributis postponerentur. qua in re nihil interest, utrum ordine contrario an parallelo membra sint posita. minus probantur illi ordines, in quibus aut prius substantivum alterumque attributum aut prius attributum alterumque substantivum praecedunt. inter quas ipsas figuras non multum interest. quam maxime autem illi ordines vitantur, in quibus substantiva attributis praemittuntur. deinde quod ad caesuram attinet, omnibus in figuris pariter post primum atque post alterum membrum rarissime post tertium vidimus metrum

incidi. omne vero genus ordinum artificiosorum multo saepius adhiberi quam naturalium inde intellegitur, quod artificiosae rationis exempla circiter centum quadraginta exscribi poterant. itaque Catullus hac collocatione usus est in sexto quoque, non in quarto tantum decimo quoque versiculo. et haec quidem hactenus.

Jam vero ad

Versus hexametros elegiacos

transire possumus. qua in re primo conferas velim, quae Gebhardius in dissertationis suae, quam initio citavi, pag. 23*) dixerit. quamquam non satis copiose et omni modo recte hoc loco disputatum esse infra adparebit. qua in particula praemonendum est non eundem exemplorum numerum adferri posse atque in priore, quia etiam numerus versuum

*) Non alienum videtur esse a proposito nostro de Catulli hexametrorum elegiacorum formis pauca submittere. etenim luculenter inde intellegitur nexum illum artificiosum substantivorum et attributorum non modo non temere et sine ratione firma expetitum esse, sed potius arte demum corroborata frequentissime variis modis lege restrictis lepide et eleganter adhibitum esse non ante Tibulli tempus. Catullus enim varia tentavit sed rarissime et sine ratione. cum enim Tibullus quintam partem hexametrorum elegiacorum binis confecerit substantivis singulis attributis instructis, Catullus undecimam circiter partem tantummodo sic condidit, quamquam totidem et paene iisdem formis atque illis usus est. sunt enim hae: 1) LXVII. 6. LXVIII. 140. LXXXXIX. 10. 2) LXV. 12. LXVI. 58. LXVIII. 62. 80. 136. 146. LXXX. 6. 3) LXVIII. 100. LXXX. 8. 4) LXVII. 32. LXVIII. 54. LXXXI. 4. LXXXXIX. 2. 14. 5) LXVII. 34. 6) LXVIII. 148. 7) LXVII. 48. LXVIII. 44. 142. 144. LXVI. 62. LXXXVI. 18. 8) LXVIII. 110. LXV. 24. 9) LXVIII 16. plurima exempla in carminibus longioris ambitus inesse vix est quod moneam, epigrammatum versuum formae minus eum studuisse probabile est.

hexametrorum dactylicorum, quos a Catullo compositos fortuna secunda nobis servavit, multo major est quam elegiacorum. accedit quod in his versiculi paullo rarius ad artificiosam normam exacti sunt. in vicesimo vero tertio quoque

I. collocatio naturalis

adhibita est, cujus haec exempla inveniuntur:

A. ordo parallelus praecedentibus attributis

a A b B

LXVI. 36. Captam Asiam Aegypti finibus addiderat. 38. LXXVIII. 6. LXXXIII. 2.

B. ordo contrarius attributis in medio positis

A a b B

LXVI. 32. Sed fratris cari flebile discidium. 54. LXVIII. 90. 132. LXIX. 6. LXXVIII. 4. CVIII. 4.

C. ordo contrarius substantivis in medio positis

a A B b

LXVI. 6. Dulcis amor gyro devocet aerio. CXI. 2.

D. ordo parallelus praecedentibus substantivis

A a B c

LXXV. 4. Quanto in amore tuo ex parte reperta mea est

quibus in quattuordecim versiculis id primum mihi animadvertendum videtur quod prae versibus hexametris dactylicis caesura saepius post tertium figurae membrum posita est. deinde figuram illam, in qua attributis circumdatis ordo contrarius vocabulorum exhibetur, poetam nostrum reliquis praetulisse non solum majore, quae hujus generis extant,

exemplorum numero demonstratur sed etiam inde adparet quod has collocationes vitavit:

LXI. 32. Sed cari fratris flebile discidium
LXXVIII. 4. Cum bello ut puero bella puella cubet.

sed quidquid de

II. figurarum artificiosarum

usu, qualis est in hexametris dactylicis, invenimus, id omne pariter etiam de hexametris elegiacis dicendum est. hic quoque pleraque exempla sunt classis illius, in qua

A. substantiva attributis postponuntur

una tantum haud scio an re versus elegiacus differat. saepius enim hic caesura post alterum figurae vocabulum quam post primum invenitur. quod natura versus ipsius effectum esse mihi videtur. sed ut ad singula accedamus

a. ordinis paralleli

normam et ita quidem ut

1. caesura post prius attributum ponatur

a | *b A B*

in his versiculis poeta Veronensis secutus est:

LXV. 24. Huic manat tristi conscius ore rubor. LXVIII. 110.

2. caesura in medio collocata

a b | *A B*

hae figurae effectae sunt:

LXV. 12. Semger maesta tua carmina morte canam. LXVI. 58. LXVIII. 62. 70. 120. 136. 146. LXXVI. 4. CIX. 6.

et primum quidem dicendum est de eis versibus, quibus manifestum fit collocationes artificiosas non sine studio consilioque captatas esse. potuit enim Catullus sic quoque scribere:

LXV. 12. Semper maesta canam carmina morte tua
LXVIII. 70. Quo pede se molli candida diva mea

reliquas autem collocationes nostrae figurae postponi inde adparet quod hos quoque ordines Catullus efficere potuit iisdem, quibus usus est, vocibus:

A b | a B

LXVI. 58. Incola Canopieis Graia litoribus
LXVIII. 136. Furta verecundae rara feremus herae

A B | a b

LXVI. 58. Incola litoribus Graia Canopieis
LXXX. 6. Tenta vorare viri grandia te medii

alterum hoc genus ad hemistichia aequaliter terminanda commodum esse neglegere possumus. ceterum in versibus elegiacis, de quibus nunc disputatur, non ut in superioribus versiculis hexametris dactylicis quattuor figurae membrorum cumulationem vitari inde sequitur, quod sic quoque verba collocari poterant:

LXV. 12. Maesta tua semper carmina morte canam
„ 24. Huic tristi manat conscius ore rubor

et haec quidem de ordine parallelo dicenda erant. jam vero ad

b. ordinem contrarium

transire possumus. quo in modo

1. caesura post prius attributum sedem occupante

a | *b* *A* *B*

haec exempla adferenda sunt:

LXII. 6. Postquam es projecto facta marita sene. MXVIII. 140. LXXXXIX. 10.

studium particularum versuum connectendarum, cui haec quoque figura optime favet, intellegi potest, quod hi ordines repudiati sunt:

LXVII. 6. Porrecto postquam es facta marita sene
LXVIII. 140. Omnivoli noscens plurima furta Jovis
KXXXXIX. 10. Commictae tanquam spurca saliva lupae.

deinde

2. caesura in medio collocata

a b | *B A*

hi versiculi compositi sunt:

LXV. 6. Pallidulum manans adluit unda pedem. LXVI. 62. LXVII. 26. 48. LXVIII. 44. 142. 144. LXXVI. 18. LXXXVI. 4.

ordinem naturalem hunc Catullus repudiavit

LXVII. 26. Seu quod erat sterili semine natus iners

aliam figuram artificiosam hac ratione efficere noluit:

A b | B a

LXXXVI. 4. Mica in tam magno est corpore nulla salis

quid vero intersit inter ordinem parallelum interque contrarium inde manifestum est quod in priore hic vitatur:

LXVIII. 70. Molli quo mea se candida diva pede
CIX. 6. Hoc sanctae aeternum foedus amicitiae

cui respondet quod in altero ille hoc modo adhiberi potuit:

LXVI. 62. Flavi devotae verticis exuviae
LXVII. 48. Mendaci falsum ventre puerperium
LXXVI. 18. Ipsa jam extremam morte tulistis opem

in priore genere poeta studium hemistichiorum conjungendorum secutus est, quod in altero sua sponte omisit. et haec quidem hactenus. alterius autem classis, in qua

B. prius substantivum et alterum attributum praemittuntur

unum tantum genus adhiberi videmus

A b | *a B*

exempla vero sunt haec:

LXV. 14. Daulias absumpti fata gemens Itylei. LXVII. 32. LXVIII. 54. LXXXI. 4. LXXXXIX. 2. 14.

ordo naturalis in hoc versiculo minus probatur:

LXVII. 32. Cycneae speculae Brixia supposita

deinde etiam haec figura artificiosa adhiberi potuit:

a B | b A

LXXXXIX. 2. Dulci suaviolum dulcius ambrosia
„ 14. Tristi suaviolum tristius helleboro

deinde etiam haec figura artificiosa adhiberi potuit:

a B | b A

LXXXXIX. 2. Dulci suaviolum dulcius ambrosia
„ 14. Tristi suaviolum tristius helleboro

attamen hac ratione hemistichia minus artificiose continentur. tertiae deinde classis, in qua

C. prius attributum et alterum substantivum praemittuntur

et hic quoque ita tantum ut membra ordine contrario legantur pariter atque in versibus hexametris dactylicis, exempla haec inveniuntur:

1. caesura locum habente post prius attributum

a | *B b A*

LXVI. 20. Invisente novo praelia torva viro. LXVIII. 100. LXXX. 8.

quam figuram ad hemistichia pariter terminanda aptissimam esse perspicuum est. nihilo minus hanc quoque collocationem artificiosam poeta captare potuit:

A B | b a

LXVI. 20. Invisente viro praelia torva novo

alterius deinde generis, in quo

2. caesura in medio posita est

a B | b A

hoc unicum extat exemplum:

LXVIII. 16. Jocundum cum aetas florida ver ageret

in quo sic quoque vocabula artificiose collocari poterant:

A b | a B

LXVIII. 16. Cum aetas jocundum florida ver ageret

denique in hac classi versiculus adferendus est, qui sic fere editur:

LXVIII. 147. . . . . . . si nobis is datur unus
Quem lepide illa diem candidiore notat

pro „diem" codices „dies" unanimi exhibent. itaque non dubium est, quin in archetypo Veronensi haec scriptura extiterit. sed hanc vocem nimis contorta ratione in enuntiatum secundarium inferri manifestum est. qua de re aliquid mutandum esse intellegitur. illam vero viam, quam editores ingressi sunt, probari posse nego. nam si legimus:

Quem lapide illa diem candidiore notat

non solum tria membra caesuram praecedunt, sed etiam ordo parallelus verborum efficitur, qui in hac classi omnino a Catullo repudiatus est. itaque haud scio an nominativus „dies" retinendus sed transponendus sit:

Quem lapide illa notat candidiore dies

accedit quod collocatio hujus modi artificiosa, ut supra in versu LXVIII. 16 ostendimus, minime omnino a Catullo vitata est. jam restat ut quartam classem absolvamus, in qua

D. substantiva attributis praemittuntur.

qua in re duo exempla afferri possunt:

LXVI. 66. Lumina Callisto juncta Lycaoniae
LXVII. 34. Brixia Veronae mater amata meae

in priore ordo parallelus, contrarius in altero adhibetur. caesura hic post primam, ibi post alteram figurae vocem collocata est. quattuor autem membrorum coacervatio in altero sic evitari poterat:

LXVIII. 34. Mater Veronae Brixia amata meae

quamquam in utroque versu participium, quod est „amata", duplici ratione conjungi potest.

Quae quum ita sese habeant, quaestio nostra de versibus quoque hexametris elegiacis ad finem perducta est. ex quibus, quum exempla triginta sex exscribere possimus, nonum quemque a Catullo ad normam aliquam artificiosam formatum esse vides. quod vero ad figuras singulas attinet, eandem electionem atque in versibus hexametris dactylicis poetam Veronensem secutum esse intellexisti. deinde praetermittere non possum, quin hoc loco etiam per distichon quattuor figurae vocabula a Catullo artificiose producta esse addam velut in his versibus: LXVI. 15—16. LXVIII. 57—58. LXXVII. 5—6. 7—8. LXXX. 7—8. LXXXXVII. 7—8.

Hisce omnibus satis jam disputatum esse censeo de versibus hexametris et dactylicis et elegiacis, in quibus

Catullus duobus substantivis attributa singula conjunxit. in reliquis vero hujus poetae metris numerus exemplorum, quae ad quaestionem nostram spectant, minor est, quam quo quid concludere possimus. finem igitur faciamus disputationis nostrae, postquam versus solos enumeraverimus, qui ad normam artificiosam aut naturalem exacti sunt. sunt vero hi:

A. naturali ordine compositi

I. 6. III. 17. IV. 22. VII. 3. 6. X. 1. XII. 1. XIV. 2. 12. XV. 18. XVII. 8. 25. 26. XXV. 1. 13. XXX. 11. XXXIX. 16. XXXXV. 11. 23. LX. 4. LXIII. 2. 8. 13. 15. 22. 24. 38. 39. 41. 44. 45. 48. 57. 66. 74. 75. 76. 88. 89.

B. ad collocationem artificiosam formati

X. 22. XIV. 6. XVII. 3. 5. 13. 14. 15. 19. XXV. 4. XXVII. 1. XXXVII. 2. 20. XXXXII. 3. 21. XXXXVI. 8. LXIII. 1. 5. 7. 10. 14. 18. 30. 32. 33. 34. 37. 42. 43. 58. 67. 70. 82. 83. 87. 92.

ceterum a Catulli aequalibus quoque et studiorum consortibus haud raro versiculos ita compositos esse, ut duobus substantivis aut artificioso aut naturali ordine singula attributa conjungantur, ex his patet exemplis, quae prae paucis illorum fragmentis sat multa sunt:

A. naturalis collocationis

Laevius fragm. 12. Calvus fragm. 9. Bibaculus frag. 1. Matius. frag. 7.

B. figurae artificiosae

Laevius fragm. 37. Calvus frag. 10. 11. Cinna frag. 1. 2. 3. 9. 11. Matius frag. 4. Ticida frag. 1.

itaque hujus generis ordines, in quibus, ut antea vidimus, Lucretius rarissime varia tentasse videtur, primum a Catullo cantoribusque Euphorionis saepius adhibiti sunt et ita quidem ut quasi artificium quoddam ea in re statuerent atque sequerentur. neque vero sicut in aliis rebus ita etiam in hac vocabulorum collocatione — id quod haud scio an quisquam existimaverit — poetas Alexandrinos imitati sunt, a quorum operibus hujus modi exquisitiores verborum ordines alienos esse videamus.

Sententiae controversae.

I. His locis Pindaricis: Pythia VI. 13. IX. 63. X. 43. XII. 26. Nemea IX. 41. Isthmia V. 66. pro Lesbiae dialecti formis flexuras Dorias restituendas esse censeo.

II. Catull. LXIII. 78. 79 sic mihi videtur mutandum:

Agedum, inquit, age ferox i, fac ut huc, age celer i,
Fac uti furoris ictu reditum in nemora ferat.

(Conf. vers. 14. . . . . . . velut exules loca — celeri —)

III. Id quod Gellius (N. A. XV. 23) in libro Pamphilae scriptum fuisse narrat de Hellanico Herodoto Thucydide nihil valere puto ad historiam litterarum Graecarum.

IV. Lachmanni sententiam de paginarum dinumeratione, quam codici carminum Catullianorum archetypo Veronensi vindicare vult, probari posse nego.

V. Unicam judiciorum distributionem jure a nonnullis artis logicae peritis illam retineri existimo, quae fit secundum relationem.

VI. Inter Nibelungiadis codices cum Lachmanno censeo antiquissimum optimumque esse eum, quem signo, quod est A, instruxit.

Vita.

Natus sum Richardus Fisch in urbe Pomerania, cui nomen est Stettin, die XXIX mensis Maji anno hujus saeculi quinquagesimo tertio patre Theodoro, quem quintum decimum jam mensem lugeo, matre Minna e gente Timm, superstite. fidei addictus sum evangelicae. primis litterarum elementis imbutus puer novem annorum imae classi gymnasii Marienstiftiensis, quod Heydemanni humanissimi viri auspiciis etiam nunc maxime floret, traditus sum, ubi per novem annos optimorum magistrorum diligentissima institutione usus sum. verno tempore anni 1872 maturitatis quod dicunt testimonio instructus, philologiae et theologiae operam daturus almam litterarum universitatem Gryphiswaldensem adii, cujus academiae civitati per duo semestria adscriptus eram. unde ad claram litterarum sedem Berolinensem me contuli ibique duos annos versatus ad almam universitatem Gryphicam redii. praeceptoribus usus sum viris ill. cel. exp. Gryphisw.: Baier, George, Hiller, Kiessling, Preuner, Schmitz, Schöll, Schuppe, Susemihl, Vogt, Wieseler, Wilmanns, Zöckler; Berolin.: Droysen, Geppert, Harms, Haupt, Hübner, Kirchhoff, Mommsen, Müllenhoff, Vahlen, Zeller. quibus viris omnibus maximas ago gratias, imprimis vero iis, qui ad philologiae exercitationes vel in seminariis vel in societatibus habitas aditum mihi dabant, maxime Hillero, Kiesslingio, quorum benignitate mihi contigit, ut inter sodales seminarii regii philologici ordinarios reciperer.